





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4° copy 4





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4° copy 4

48-30  
4\*

EX NICOLAI  
DAMASCENI  
VNIVERSALI HISTORIA

SEV  
*De moribus gentium libris excepta*  
IOHANNIS STOBÆI  
*collectanea,*

QVÆ  
NICOLAUS CRAGIVS latina fecit, &  
seorsum edidit.



APVD  
Petrum Santandreamum,

MDCCXIII.

LN 933<sup>T</sup>  
1024

EX MILE  
HISTORIA

...

...



INVA

...



King Hoegs Sunding  
1970



VIR

OL



rum la

veru in

dignu

graciu

Clare

conu

masu

de U

Na

gr, S

com

vale

ex

con

ma





VIRTUTE, ERVDITIONE  
 ET GENERE NOBILISSIMO  
 OLIGERO ROSÆCRANTIO  
 ILL. D. GEORGII ROSÆCR. F.  
 NIC. CRAGIVS S. D.

**P**ædicatur à multis Nobil. Oligere, & quidem do-  
 ctissimis viris, singularis tui ingenij felicitas, nec non  
 egregium circa Philosophiam studium. Et tu ipse re  
 fidem facis, nihil ad gratiam ab illis fingi, sed quan-  
 tum laude eorum fertur, tantum merito tibi tribui. Præclarum  
 vero institutum, nec scio an generoso & excelso tuo animo aliud  
 dignius. Ac gratulor patriæ familiaque talem Rosæcrantium;  
 gratulor parentibus tam insignem filium. Sed patere tamen, mi  
 Oligere, amore tui, patriæque studio, hoc à me dici, non tantum  
 convenire tibi tam illustri loco orto, eam quæ in contemplatione  
 naturæ occupata est Philosophiam; sed multo magis alteram, quæ  
 de Virtutis actionibus differit, & vitæ civilis præcepta tradit.  
 Nam hæc propius ipsum hominem id est, mentem nostram attingit,  
 & in ea humana sapientiæ meditatio & exercitatio præcipuè  
 consistit. Quod haud dubiè ita saniores quique Philosophorum  
 iudicarunt, qui illa non contenti, istius studium vel maximè sibi  
 excolendum existimarunt. Id quod ne longè petitis exemplis tibi  
 confirmare necesse sit, à Principibus Philosophorum discas. Vide  
 mihi septem sapientes Græciæ, qui Philosophiam ipsam condide-  
 aa 2 runt,

runt, eorum solum Thaletem habes naturæ arcana scrutantem, reliqui in Politia versati. Et ex illis ipsis Philosophis, quos maxime facere potes, Socrates, Plato, Aristoteles, Theophrastus, per magnam in hanc operam & studium posuerunt. Atque ut paucis absoluam, fuit hoc familiare cunctis ferè Philosophis, ac in primis Academicis tum Peripateticis. Quorum è numero est Nic. Damascenus haud postremus, qui ad exemplum Aristotelis ac Theophrasti, huius generis scripsit libros octoginta *Καθολικῆς ἰστορίας*, ut vocat, seu de moribus gentium vniuersarum, plenos haud dubiè bonæ frugis & multiplicis doctrinæ. Utinam extarent tantummodo, tum huius, tum istorum auctorum quos dixi, scripta, non esset ista eruditæ doctrinæ pars à cultoribus adeo deserta: sed inueniret complures tui similes verè nobiles, id est ad virtutis gloriam recta via grassantes, quorum animis efficacissimum sui amorem excitaret. Sed quia manca præceptorum aliquatenus Philosophia, & historia huiusmodi politica destituimur, haud nullo in operæ pretio studium ab iis occupari putandum, quibus ad curam est hæc qualiacunque veterum Rerumpub. monumenta conseruare. Quapropter quæ istius Nic. Damasceni in collectaneis apud Stobæum reperi, placuit descripta & seorsum excusa: hoc tempore euulgare, ac quod ad Cnomas seu sententias propriè non pertineant, suo quasi auctori ex aliena possessione asserta restituere. Nam quæ apud Athenæum sunt, vel quæ alia eò pertinentia obseruare licuerit, aliàs additurus. Ac tametsi non sint hæc eius generis, ut politicum efficiant, sicut nec item philosophorum præcepta: eo tamen loco habenda, ut cum vsu rerum coniuncta prudentiæ & consilij fundamenta maiorem in modum confirment. Sed præcepta & instituta politica Nobiliss. Oligere, ex hisce & aliis philosophorum libris petes: vsum certè non aliunde melius disces, quam

quam ab illustri parente tuo, in quo Deus tibi diuum sapientia &  
 aliarum magnarum virtutum exemplum statuit. Ad cuius imi-  
 tationem si totum te compares, eique te quam simillimum praestes,  
 nihil ferè maius est, quod à te patria desiderarit. Quod tibi ut con-  
 tingat, omnes patria amantes precamur, idque ut de te indubitatè  
 speremusq; virtus & eruditio iubet tua. Per quam virtutem tuam,  
 Nobiliss. Oligere, te maiorem in modum rogo velis hunc libellum  
 tuo nomini dicatum, gratum habere, & pra illo animum, vnde  
 prodijt, longè magis acceptare. Quod si feceris, hoc quod iam stu-  
 dij mei erga te pignus, huius libelli oblatione habes, dabo operam  
 vti postmodum aliquo cum fœnore luam & redimam.

Vale feliciter nobilissime  
 Oligere.

aa 3



antem,  
 s max-  
 tus, per-  
 e de pau-  
 am pri-  
 ro est Nic.  
 r furelis ac  
 d d d d d  
 Meno. haud  
 rarent can-  
 axi. scripta,  
 de fere: sed  
 d d d d d  
 m sui am-  
 atenus Phi-  
 , haud nullo  
 m d d d d  
 ment a con-  
 lectanes a-  
 exou. hoc  
 a proprie non  
 era reficere  
 o pertinencia  
 sine hac em  
 vrum praece-  
 etia pruden-  
 ment. Sed  
 te & aliis  
 alius dices,  
 quam

17 19



ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΟΛΑΟΥ  
ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ  
ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ΘΥΝΟΙ.

Θυνοὶ τοὶς ναυαγίαις φιλανθρωπῶς δεχόμενοι, φίλοι τοιοῦται. Τῶν δὲ ξένων, τοὶς μὲν ἐκουσίως ἐλθόντας, σφόδρα τιμῶσι· τοὶς δὲ ἀκουσίως, κολάζουσι.

ΑΡΙΤΟΝΟΙ.

Αρίτονοι τῶν ἐμφύχων ἔδην ἀποκτείνουσι. τὰ δὲ κρεάματα τῶν χησιπέλων ἐν χρυσοῖς ἐλύττερις φυλάττουσι.

ΔΑΡΔΑΝΟΙ.

Δαρδανεῖς, Ἰλλυρικὸν ἔθνος, τοὶς ἐν τῷ βίῳ λούονται μόνον, ὅταν γηινῶνται, καὶ ὅπῃ γάμοις, καὶ τελευτῶντες.

ΓΑΛΑΚΤΟΦΑΓΟΙ.

Γαλακτοφάγοι, Σκυθικὸν ἔθνος, αἰοκοί εἰσιν, ὡσαύτῃ καὶ οἱ πλείστοι Σκυθῶν.

Τροφῶν δὲ ἔχουσι γάλα μόνον ἵππειον, ὃς ἢ τυροποιουῦτες, ἐθίουσι καὶ πίνουσι. Καὶ εἰσὶ δὲ τὸ δυσμαχώτατοι, σὺν αὐτοῖς πάντῃ τῶν τροφῶν ἔχοντες. οὗτοι καὶ Δάριον ἐτρέφαντο.

Εἰσὶ δὲ καὶ δικαιοτάτοι, κοινὰ ἔχοντες τὰ τε κτήματα καὶ τὰς γυναῖκας. ὡς τοὶ μὲν πρεσβυτέροις αὐτῶν πατέρας ὀνομάζουσιν, τοὶ δὲ νέοις παῖδας, τοὶ δὲ ἡλικίαις ἀδελφοίς.

Ὡς ἡ καὶ Ἀνάχαρσις, εἰς τῶν ἐπὶ ἀσφῶν νομιματῶν· ὃς ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ἰσορήσῃ τὰ τῶν ἄλλων νόμιμα.

Τούτων καὶ Ὀμηροῦς μέμνηται, ἐν οἷς φησι·

Μυσῶν τ' ἀρχηγῶν καὶ Ἀγαυῶν ἵππομολγῶν,

Γαλακτοφάγων, Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Ἀβίους δὲ αὐτοὺς λέγει, ἢ δὲ τὴν γλῶσσαν μὴ γεωργεῖν, ἢ δὲ τὸ αἰοκοῖς εἶναι, ἢ δὲ τὸ χεῖρα

EX NICOLAO DAMASCENO  
DE MORIBVS GENTIVM.

THYNI.

**T**H Y N I naufragos humaniter excipiunt, & amicitia sibi deuinciunt. Sed & ex peregrinis eos, qui spontè accedunt, eximie honorant: Qui verò inuiti ad ipsos delati fuerint, puniuntur.

ARITONI.

Aritoni nullum animal mactant. Oracula sua testis inscripta habent, quæ in aureis inuolucris custodiunt.

DARDANI.

Dardani, gens Illyrica, ter saltem in vita lauantur, quum in lucem recens editi sunt, quum nuptias contrahunt, quum fato sunt functi.

GALACTOPHAGI.

Galactophagi, gens Scythica, non in ædibus degunt, vt & plerique alij Scytharum.

Victus eis saltem equarum lacte constat, vnde caseos faciunt, vt ita eorum potum cibo vtantur. Itaque non facile bello superantur, quod commeatus vbique ipsis præsto sit. Hi & Darium domum remeare coegerunt.

Sunt autem inuicem iustissimi, vt pote qui facultates & vxores communes habeant. Vnde inter se Seniores quosuis patres suos appellat, iuniores filios, & æquales fratres.

Ex his oriundus Anacharsis, in septem sapientum numero habitus, qui in Græciam venit, vt leges & instituta aliorum disceret.

Quin meminit eorum & Homerus vbi inquit,

Myforum, cominus pugnantium, & Agauorum equas mulgentium.

Et Galactophorum, Abiorumque iustissimorum hominum. Abios autem vocat eos, siue quod terram non colerent, siue quod sine domibus degerent, siue etiam quod hi soli arcus in

aa 4 bel-

OY  
AZ

λυται τιν  
τα δ' αμα

αμα

αμα

αμα

αμα

αμα

αμα

αμα

17

19

χρησταί τούτοις μόνους τόξοις. βίον γάρ λέγει τὸ τόξον.

Παρά τούτοις ἐδὲ εἷς, ἔτε φρονῶν ὡς φασιν, ἔτε μισῶν, οὔτε φοβούμενος ἰσορήθη, δὲ τὴν τῆ βίου κοινότητα, καὶ δικαιοσύνην.

Μαχηροὶ δὲ οὐχ ἥτιον αὐτῶν αἰ γυναικες, ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὅταν δέη. Καὶ δὲ τὸ Αμφοτέρων χηραιοτάτας εἶναι, ὡς ποτὲ ἐλάσασα μέγιστη Ἀθηῶν καὶ Κιλικίας, ὅπ ποτε παράκουσεν ἐγγὺς τῆς Μαυρονόσου λίμνης.

#### ΙΒΗΡΟΙ.

Ιβήρον αἰ γυναικες κατ' ἔτος ὁ, π αὐτῶν δὲ φανώσιν ἐν κοινῶν δεικνύουσιν. Ἄνδρες δὲ χερσίνητοι κείαντες, τὰ πλεῖστα ἐργασαμένους ὡς πλεονάζουσιν.

Ἐχουσι δὲ καὶ μέτρον π ζώνης, ἢ τὴν γαστέρα ἀεὶ λαβεῖν αὐτῶν μὴ δυνάσθωσιν, ἀλλ' ἄλλοι ἡρώωνται.

#### ΟΜΒΡΙΚΟΙ.

Ομβρικοὶ ἐν ταῖς πόσιν τοῖς πολεμίοις μάχαις ἀίχιστον ἡρώωνται ἡγεμονοῦσι ζῶν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ νικᾶν, ἢ δόθνησιν.

Ομβρικοὶ ὅταν πόσιν ἀλλήλοισιν ἔχουσιν ἀμφισβήτησιν, καὶ πολεμιοῦσιν, ὡς ἐν πόλεμῳ, μάχονται καὶ δοκῶσι διαφότερα λέγειν, οἱ τοῖς ἐναντίοις δόσιν φάσαντες.

#### ΚΕΛΤΟΙ.

Κελτοὶ οἱ τὰ ὡκεανῶν γητιῶντες, ἀλλ' ἄλλοι ἡρώωνται τοῖσιν καταπίπτοντα ἢ οἰκίαν φύσιν.

Πλημμυρίδος δὲ ἐκ τῆς ἕξω θαλάττης ἐπερχομένης, μετ' ὅπλων ἀπαντῶντες ἰσομύκων ἕως κατακλύζονται, ἵνα μὴ δοκῶσι φύγοντες τὸν θάνατον φοβεῖσθαι.

Κελτοὶ σιδηροφοροῦντες τὰ καὶ πόλιν πρᾶττουσιν.

Μεῖζον δὲ ὅσον ἐπιπύμα καὶ τὸ ξένον ἀνελόντος, ἢ πολίτην. ἵνα τὸ μὲν γάρ θάνατος ἢ ζημία, ἵνα τὸ δὲ πολίτου φυγή.

Τιμῶσι μάλιστα τοῖς χόρον τὰ κοινῶν πολεμίοις.

Τὰς δὲ θύρας τῶν οἰκιῶν ἐδέποτε κλείουσι.

#### ΠΑΙΔΑΛΙΟΙ.

Ἐν Παιδαλίοις, Ἰνδικῶν ἔθνη, οὐχ ὁθύνων, ἀλλ' ὁ σωεπώτατος τῶν παρ' ἡμῶν.

béllis vsurparent. Arcus enim poe<sup>t</sup>æ haud rarò βιός dicitur.

Apud hos (vt ferunt) neminem deprehendere est inuidia laborantem, aut odio flagrantem, siue metu perculsum, propter vitæ istam communionem & iusticiam.

Bellicosæ autem ipsorum non minus mulieres sunt, quam viri, quæ & vnà in prælium eunt, quum ita factò opus. Itaque & Amazonas fœminas generosissimas esse, adèò vt progressæ sint cum exercitu olim Athenas, & in Ciliciam vsque, quando videlicet iuxta Mæotim paludem habitauerunt.

## I B E R I.

Iberorum mulieres quotannis in publicum exhibent, quod tela confecerunt. Viri autem suffragiis lecti de ipsis iudicant, & quam earum plurimum laborasse inueniunt, ei primos honores deferunt.

Habent quoque zonam certæ mensuræ, intra quam si venter cuiusquam comprehendi nequeat, pro dedecore id magno habetur.

## V M B R I C I.

Vmbriçi quum controuersias inter se habent, pugnant armati ac si bellò congregiendum esset: & videntur iustio<sup>r</sup>em habuisse causam, qui aduersarium interemerint.

## C E L T Æ.

Celtæ Oceani accola, pro dedecore habent, si quis muro aut domui ruenti se subducatur.

Inudatio quum ex mari exteriori accedit, armis induti ei obuiam eunt, subsistuntque donec mergantur, idque ne fugientes videantur quoquo modo mortem formidare.

Celtæ gladiis cincti Reipub. negotia tractant.

Grauiorem etiam pœnam apud eos luit, qui peregrinum, quam qui ciuem interemerit. Illi enim mors irrogatur, isti exilium indicitur.

Ante omnes honore eos afficiunt, qui victoria potiti agrum aliquem in publicum acquisuerunt.

Ianuas ædium nunquam occlusas habent.

## P Æ D A L I I.

Apud Pædalios, gentem Indicam, non sacrificus, sed prudentissimus

παρόντων κητάρχηται τῶν ἱερῶν. αἰτεῖται δὲ αἰεὶ ᾧδῶν τῶν θεῶν ἐδὲν ἄλλο, πλείω δικαιοσύνης.

## ΠΡΑΥΣΙΟΙ.

Πραῦστοι τοὺς ἀσυγείτονας, ἐὰν λιμῶν περὶ ᾧσι, τρέφουσι.

## ΤΕΛΧΙΝΕΣ.

Τελχίνες ἀνθρώποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνεκὰθεν κρήτες, οἰκίσαντες τε καὶ ἐν Κύπρῳ, μεταναστάντες δὲ εἰς Ρόδον, καὶ παρθοὶ τινὲς νῆσον καταχόντες, βασιμνοὶ τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεεῖς.

Τελχίται δὲ ὄντες, καὶ τὰ τῶν παρθέρον ἔργα μιμησάμενοι, Ἀθλίωαί τελχινίας ἀγαλμα παρθοὶ ἰδρύσαντο, ὡς περ εἰς πρὸς λέγει Ἀθλίωας βασιμνου.

## ΤΑΡΤΗΣΣΙΟΙ.

Παρὰ Ταρπησίοις νεωτέρῳ παρσευτέρῳ καταμαρτυρεῖν, ἐκ ἐξέσι.

## ΛΕΥΚΑΝΟΙ.

Λευκανοὶ διαζέονται ἀλλήλοις, ὡς περ ἄλλου πινὸς ἀδικήματος, ἔτι καὶ ἀσωτίας καὶ ἀργίας.

Ἐὰν δὲ τις ἀσώτῳ δανείσας χρέος ἐλεγχθῆ, σέρεται αὐτῷ.

## ΣΟΥΝΙΤΑΙ.

Παρὰ Σουνίταις κατ' ἔτος, οἷ τε ἡΐθεοι κείνοντα δημοσία, καὶ αἱ παρθένοι. ὁ δὲ νεμερῆς ἀρεῖος (ἔθ), λαμβάνει τὴν βούληται, εἴθ' ὁ μετ' ἐμείνον δυνάστες, καὶ ἔτος ἐφέξῃς.

## ΛΙΜΥΡΝΙΟΙ.

Λιμύρνοι κοινὰς τὰς γυναῖκας ἔχουσι, καὶ τὰ τέκνα ἐν κοινῷ τρέφουσι μέχρι ἑπτὰ πέντε. εἴτα τὰ ἑκτὼ συνένεγκαντες ἅπαντα τὰ παῖδια, τὰς ὁμοίτητας παρὸς τοὺς ἀνδρας εἰσέζουσι, καὶ ἐμάσω τὸ ἕμισιον διποδιδάσαι πατρί, ἀφ' ἧς δὲ ἀνὰ πολὺ τὸ παμδίον, ἐκαστος μὲν διπο λαμβάνει.

ΣΑΥ



tissimus omnium qui praesto sunt, sacra auspiciatur. Petitur autem à Diis nihil aliud quam iustitia.

## P R A Y S I I.

Praysij, vel Prafij, vicinos fame afflictos alimento subleuant.

## T E L C H I N E S.

Homines illi qui Telchines dicti, antea quidem Cretenses erant, sed postea & Cyprum inhabitauerunt. Vnde quum in Rhodum migrassent, primique eam insulam occupassent, maligni admodum & inuidi extiterunt.

Quum verò & hi artes mechanicas exercerent, maiorumque opera imitarentur, Mineruae Telchiniae statuam primi crexerunt, quod nomen sonat ac si dicas, Mineruae inuidae.

## T A R T E S S I I.

Apud Tartessios minori natu aduersus maiorem testimonium ferre non licet.

## L V C A N I.

Lucani tanquam criminis alicuius, etiam luxuriae ignaviaeque iudicia agitant.

Si quis conuictus luxurioso mutuum dedisse, mutuo isto multatur.

## S A M N I T E S.

Apud Saunitas vel Samnites de adolescentibus & virginibus quotannis publicum habetur iudicium. Quem igitur eorum optimum esse sententia iudicum pronunciarit, is sibi ex virginibus eligit uxorem quam vult, deinde secundus ab eo alteram, & sic de caeteris fit deinceps.

## L I M Y R N I I.

Limyrnij vxores habent communes, & liberos communiter alunt vsque ad annum aetatis quintum. Anno autem sexto in vnum conuocant omnes pueros, atque tum ex similitudine ad quemlibet virorum coniecturam facientes, cuiuslibet similem patri filium assignant. Quum itaque quis agnouerit puerum suum, tum quilibet eum vt filium educat.

S A V-

## ΣΑΥΡΟΜΑΤΑΙ.

Σαυρομάται δὲ τριῶν ἡμερῶν σιτουῦνται εἰς ἀλήθειαν.  
 Ταῖς δὲ γυναιξὶ πάντα πείθονται ὡς διαοίνας.  
 Παρθένον δὲ ἔσθρατον σιωποῦντες. πρὸς γάμον πρὶν αὐτὴν πολέμου  
 ἀνδρακτείνη.

## ΚΕΡΚΕΤΑΙ.

Κερκέται τοὺς ἀδικήσαντας ὅπου ἴθι ἱερῶν ἀπεύρουσιν.  
 Ἐὰν δὲ τις κνέριων σκάφος δαμάρτη, ποροῖοντες ἐφεξῆς ἕκαστοι ἐμ-  
 πύουσι αὐτῶν.

## ΜΟΣΥΝΟΙ.

Μόσυνοι τὸν ἐαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πυργῶ κατὰ κλεισον.  
 Ἐὰν δὲ τις δόξη κακῶς ποτὲ βεβηλεῦσθαι, τὰ λιμῶ αὐτὸν ἀποκτείνουσι.  
 Τὸν δὲ τρεφόντων ὅτιον ἐξίσου διαεῦσι, μέγας κοινῇ ἐξελόντες τοῖς  
 ἀφικνευμένοις ξένοις.

## ΦΡΥΓΕΣ.

Φρύγες ὄρκοις ἔχωνται, οὐτ' ὀμνιώτες, οὔτε ἄλλοις ἐξορκουῦτες.  
 Ἐὰν δὲ τις παρ' αὐτοῖς γεωργικὸν βοῦν ἀποκτείνῃ, ἢ σκίους ἴθι πρὸς γε-  
 ωργίαν κλέψῃ, θανάτῳ ζημιῶσι.  
 Φρύγες ἔκατορύττουσι τοὺς ἱερεῖς τελευτήσαντας, ἀλλ' ἐπὶ λίθους.  
 δεκαπῆχας πιδάσσω ὀρθοῖς.

## ΛΥΚΙΟΙ.

Λύκιοι τὰς γυναικας μάλλον, ἢ τοὺς ἀνδρας πμῶσι, καὶ καλοῦνται  
 μητρεῖν. Ταῖς τε κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, ἔσθρα τοῖς υἱοῖς.

Ὅς δ' αὐτὸν ἐλπίθερος ἀλφ κλέπων, δούλος γίνεταί.

Ταῖς δὲ μαρτυρίας ἐν ταῖς δικαίαις, οὐκ εἰδὼ παρέχονται, ἀλλὰ κατὰ  
 μίῃα.

## ΠΙΣΙΔΑΙ.

Πισίδαί διπνουῦτες ἀπάρχονται τοῖς γονεῦσιν, ὡς ἡμῖς τοῖς θεοῖς  
 ὡς ἀπαιθετοῖς.

Ἡ δὲ

## SAVROMATÆ.

Sauromatæ (vel Sarmatæ) tribus diebus cibo se ita ingurgitant, vt replentur.

Vxoribus in omnibus obtemperant, tanquam Dominabus.

Virgini non prius nuptias concedunt, quam hostem aliquem interfecerit.

## CERCETÆ.

Cercetæ reos cuiuscunque admissi criminis ita puniunt, vt sacris interdican.

Si quis scapham gubernans impegerit, accedentes ordine singuli illi inspuunt.

## MOSYNI.

Mosyni Regem suum educant turri inclusum.

Si quis iudicatus sit minus benè in publicum cõsuluisse, eum fame enecant.

Fruementum quod ipsis ex agris provenit æqualiter distribunt, partem inde aliquam in commune conferentes pro peregrinis aduenientibus.

## PHRYGES.

Phryges omni abstinent iureiurando, ita vt nec ipsi iurent, nec alios ad iurandum adigant.

Si quis apud eos bouem aratorem interfecerit, aut agriculturæ instrumentum furrpauerit, morte multatur.

Phryges non defodiunt in terram sacerdotes mortuos, sed super columnas lapideas decem cubitorum erectos statuunt.

## LYCII.

Lycij plus honoris mulieribus quam viris deferunt, nominâque eis à matribus induntur: Itémque bonorum hæredes filias, non filios relinquunt.

Si quis liber condemnatus fuerit furti, pœna seruitutis ei irrogatur.

Testimonia in causis non protinus ferunt, sed post mensem demum.

## PISIDÆ.

Pisidæ conuiuantes, parentibus epularum primitias libant, perinde vti nos Diis federum amicitiaque præsidibus.

Grauiſ-

Ἡ δὲ μνηστὴ κελίσις ἐστὶ πῶς καταθήκης· τὸν δὲ ἄποσερήσαντα, θυνα-  
τοῦσιν.

Εὰν δὲ μοιχὸς ἀλάφ, ἀφιδάγεται τιμὴν πάλιν ὅπῃ ὄνου μὴ τῆς γυναικὸς,  
ὅπῃ ἡμέρας τακτάς.

## ΑΙΘΙΟΠΕΣ.

Αἰθίοπες τὰς ἀδελφὰς μάλιστα τιμῶσι καὶ τὰς ἀγαθοὺς μάλιστα κα-  
ταλείπουσιν οἱ βασιλεῖς, ἐπὶ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἀδελφῶν υἱοῖς. Ὁ-  
ταν δὲ ὁ ἀγαθὸς ἀμύχος μὴ ᾖ, τὸν κἀλλιστον ἐκ πάντων καὶ μαχμῶτατον  
αἰρεῦνται βασιλεῖα.

Ἀσκῆσι δὲ δούσειαν καὶ δικαιοσύνην.

Ἄθροσι δὲ αὐτῶν αἰοκίαι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς κειμῶν πολλῶν, ἐδὲ εἰς  
κλέπτει.

## ΒΥΑΟΙ.

Ἐν Βυαίοις Λίβυσιν ἀνὴρ μὲν ἀνδρῶν βασιλεύει, γυνὴ δὲ γυναικῶν.

## ΒΑΣΟΥΛΙΕΙΣ.

Βασουλιεῖς Λίβυες ὅταν πολεμῶσι, τὰς μὲν νύκτας μάχονται, τὰς δὲ  
ἡμέρας εἰρήνῃ ἀγροῦσι.

## ΔΑΨΟΛΙΒΤΕΣ.

Δαψολίβυες ὅταν συναχθῶσι, πάντες ἅμα γαμῶσι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μὴ  
δύσιν πλειάδος, καὶ μὴ τιμὴν ἐξίσιν χωρὶς τῶν γυναικῶν κατακειμῶν  
κατασβέσαντες τὸν λύχνον εἰσέρχονται, καὶ ὅταν λυθῶν, αὐτὴν τύχῃ λαμβάνει.

## ΙΑΛΧΛΕΤΕΙΣ.

Ἰαλχλετεῖς Λίβυες, ὅταν πολλοὶ μνησέουσιν αὐτὴν γυναικῶν πῶς τὰ κη-  
δὲς ἢ δειπνοῦσι, παρέρσης τῆς γυναικός. πολλὰ δὲ σκηπτόντων, ἐφ' ᾧ αὐτὴ  
γυνὴ γελάσῃ, τούτῳ συνοικεῖ.

## ΣΟΡΔΟΛΙΒΤΕΣ.

Σορδολίβυες ἐδὲν κέκλιται σπεῦος ἐξω κύλικος καὶ μαχίρας.

## ΑΛΙΤΕΜΙΟΙ.

Αλιτέμιοι Λίβυες τοῖς ταχτάτοις αὐτῶν αἰρεῦνται βασιλεῖς· τῶν δὲ  
ἄλλων τιμῶσι τὸν δικαιοτάτον.

NO-

Grauiſſimum apud eos iudicium depoſiti agitur, quod qui fraude inuere conuictus fuerit, morte afficitur.

Si quis in adulterio comprehenſus fuerit, is cum adultera aſino inſidens per urbem circumducitur, idque ad conſtitutum aliquot dierum ſpaciū.

## ÆTHIOPEſ.

Æthiopes ſororibus potiſſimum honorem exhibent, & ſucceſſionem tradunt Reges, non ſuis, ſed ſororum filiis. Quod ſi ex iis nullus ſuperſit, cui ſuccedere ius ſit, tum pulcerrimū omnium & bellicoſiſſimum Regem deligunt.

Exercent ij præcipuè pietatem & iuſtitiam.

Ædibus ipſorum nullæ ſunt ianuæ, cumque in viis publicis multa ſira iaceant, nemo eorum aliquid furatur.

## BVÆI.

Apud BVæos, Libyæ ſeu Africae gentem, vir inter viros dominatum gerit, mulier inter mulieres.

## BASVLIEI.

Baſulici, Libyæ gens, quum bellum gerūt, noctu quidem prælium committunt, interdū verò pacem ſeruant.

## DAPſOLIBYES.

Dapſolibyes ſimulatque in vnum conuenere, vniuerſi ſimul nuptias cōtrahunt eodem die, poſt occaſum pleiadum. Etenim vt conuiuati ſunt ad mulieres ſeoſim accumbētes extinctis luminibus adeunt, quamque earum fortè quiſpiam naçtus fuerit, eam & vxorem ducit.

## IALCHLEVEI.

Ialchleuci, gens Libyca, quum multi ſimul eandem ſponſam ambiant, apud ſocerum ſeu ſponſæ petiæ patrem cœnant. Dum verò multis diebus ſibi inuicem illudunt, cui eorum ſponſa arriſerit, is eam ducit.

## SARDOLIBYES.

Sardolibyes nullam ſupellectilem ſibi parant, præter calicem & gladium.

## ALITEMII.

Alitemij Libyes pernicioſiſſimos Reges eligunt: Ex reliquis prout quiſque maximè iuſtus eſt, ita & dignitate eminet.

No-

Οἱ Νομάδες τῶν Λιβύων, ἐν ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξίν, αὐτῶν ἀριθμοῖσι τὸν χρόνον.

## ΑΦΑΡΑΝΤΕΣ.

Αφάραντες λίθους ὀνόματα ἐκ ἔχουσιν· ἡλίω δὲ ἀνίσχοντι λοιδορευόμεναι, ὡς πλάκα καὶ φήναντι.

Τῶν δὲ θυγατέρων ἀείσας κείνουσι, τὰς πλείους χρόνον μαθητικῆς παρθένοισι.

## ΒΟΙΩΤΟΙ.

Βοιωτῶν ἔνιοι τὴν χεῖρα ἐκδοιδόντες εἰς ἀγορὰν ἀγόντες, καθίστανται κελύουσιν, εἶτα κόφινον ὀπιβάλλουσιν αὐτῶν· ὅς εἰ ἀν' κοφινῶδῃ ἀπίμυς γίνεται. δοκεῖ δὲ τὸ πεποιδέναι, καὶ ὁ Εὐριπίδου πατήρ, Βοιωτὸς ὢν τὸ γῆρος.

## ΑΣΣΥΡΙΟΙ.

Ἀσσύριοι τὰς παρθένοισι ἐν ἀγορᾷ πωλοῦσι τὰς θέλουσι συνοικεῖν· ὡς τὰς μὲν τὰς ὀνηγμένας καὶ καλλίστας, εἶτα τὰς λοιπὰς ἐφεξῆς. ὅταν δὲ ἔλθωσι ὅπῃ τὰς φαυλοτάτας, κηρύττεισι, πόσον τις θέλει ὡς λαβὼν ταύτας συνοικεῖν, καὶ τὸ συναχθέν ἐκ τῆς τῶν ὑπηρετῶν τιμῆς ταύταις ὡς εἰδέναι.

Ἀσσυριοὶ δὲ μάλις βαθυτήτα καὶ ἀοργησίαν.

## ΠΕΡΣΑΙ.

Πέρσαις ὁ μὴ ποιεῖν ἔξεστιν, καὶ δὲ λέγουσιν.

Εὰν δὲ τις πατέρα κτείνῃ, ἐπὶ βλητὴν αὐτὸν οἶονται.

Εὰν δὲ πῶς ὡς βασιλέως μασηῶσιν, ὁ χαρισεῖ, ὡς ἀγαθῶν τυχόν, ὅπῃ αὐτὸ ἐν νύκτι βασιλέως.

Ἄθλα δὲ λαυβάνουσι ὡς βασιλέως πολυτεκνίας.

Οἱ δὲ πᾶσι παρ' αὐτοῖς, ὡς ἐρμαθήματα, τὸ ἀληθεύειν διδάσκονται.

## ΙΝΔΟΙ.

Παρ' Ἰνδοῖς ἔστιν ὡς δασερηθῆ δανείου, ἢ ὡς καταθήκης, οὐκ ἔστι κείσας

## NOMADES.

Nomades & ipsi Libyū gens, in temporū dinumeratione non diebus, sed noctibus vtuntur.

## APHARANTES.

Apharantes Libyēs nominibus carent, soli orienti conuicium faciunt, vt qui multa mala in lucem proferat & ostendat.

Ex filiabus optimas eas censent, quæ tempore quam longissimo virgines manent.

## BOEOTI.

Quidam Bœotorū decoctores qui non sunt soluendo in forum adducunt, & confidere iussis cophinū superiniiciunt: Ac qui hoc cophini pœna affectus fuerit, inde infamis fit. Quam pœnam irrogatam etiam Euripidæ patri, qui ex Bœotis oriundus erat, sunt qui existimant.

## ASSYRII.

Assyrii virgines in foro vendunt quibuslibet eas sibi iungi desiderantibus. Ac primo quidem videntur, quæ forma omnium sunt venustissima, tum deinceps reliquæ. Quum verò ventum tandem fuerit ad maximè deformes, per præconem diuulgant, quantum quisque pecuniæ accipiat, vt eam ducat. Atque ita pretium ex formosarū venditione redactum, in elocandas deformes impendunt.

Coniungunt pariter exercentes in moribus potissimum grauitatem & mansuetudinem.

## PERSÆ.

Apud Persas quod factum turpe existimatur, id nec dictu honestum censent.

Si quis patrem necauerit, eum subdititium non genuinum filium existimant.

Si quem iusserit Rex flagris cædi, is tanquam beneficio affectus, gratias agit quod eius Rex meminisset.

Quibus soboles numerosa est, ij præmium eo nomine à Rege ferunt.

Pueri apud ipsos, vera dicere, non secus atque disciplinam aliquam discunt.

## INDI.

Apud Indos quum quis fraudatur mutuo aut deposito, actio-

bb nem

κείσιν ἀλλ' αὐτὸν ἀπᾶτα ὁπσεύσας.

Ὁ δὲ τεχνίτου πηρόσας χεῖρα ἢ ὀφθαλμὸν, θανάτῳ ζημιᾶται.

Τὸν δὲ μέγιστα ἀδικήσαντα, ὁ βασιλεὺς κελδεὶ κείραδα, ὡς ἐχάτης ἔσης ταύτης ἀπμίας.

Ἰνδὸν συγκατακᾶμιν, ὅταν τελευτήσῃσι, τῆν γυμναῶν τὴν περὶ φιλίας ἀτάττω, αὐτῆν δὲ ἐκείνόν ἀγῶν μέγιστος γίνετα, ἀπεδαζόντων νικῆσαι ἐκείνῳ τῆν φιλῶν.

#### ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙ.

Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἄλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον, ἀίχερὲν ὄσιν.

Ἐσιῶντα δὲ πάντες ἐν κοινῷ.

Τοῖς δὲ γέροντας αἰχμύοντα, ἐδὲν ἤτιον ἢ πατέρας.

Γυμνάσια ὡς περ ἀνδρῶν ὄσιν, ἔτι καὶ παρθένων.

Ξένοις δ' ἐμβιοιῶν ἐκἔξουσιν ἐν Σπάρτῃ, ἔτε Σπαρτιάταις ξενιτῶν.

Ταῖς δὲ αὐτῆν γυμναξί ὡς ἀκελδεύοντα ἐν τῆν δειδεσάτων κύεδα, καὶ ἀσῶν καὶ ξένων.

Χρηματίζεδα δ' ἀίχερὲν Σπαρτιάτη.

Νομίσματα δὲ χρῶντα σιυπίνῳ, ἐὰν δὲ ὡς ἀπὸ πνι δῦρεθῆ χρυσὸς ἢ ἀργυρος, θανάτῳ ζημιᾶται.

Σεμνυῶντα δὲ πάντες, ἐπὶ τῶν ταπεινοῦς αὐτοῖς παρέχῃν, καὶ καπνικόοις ταῖς ἀρχαῖς.

Μαχαίροντα δὲ μέλλον παρ' αὐτοῖς οἱ γηναίως ἀποθνήσκοντες, ἢ οἱ δῦτω ὡς ζῶντες.

Οἱ δὲ παῖδες νομίμως πνα βωμὸν φεμιόντες μασιζοιῶντα, ἔως ἀνὸς ὀλίγοι λειφθέντες στεφανωθῶσιν.

Αἰχρὲν δὲ ὄσιν δειλῶν σύσκλων, ἢ συγλυμασλῶ, ἢ φίλον γλυέδα.

Κείσιν δὲ ταῖς γέρονταῖς ἐπὶ τῶν τέματι τῶν βίαις περὶ πῆδα, τοῖς τε δὲ ἢ κακῶς ζῶσιν.

Ὅταν δὲ στετεύοντα ἐξω χῶρας, πῦρ δὲ βωμοῦ τῶν ἀγῆτορος Διὸς ἐναυσάμῃος πυρφόρος λεγέμῃος, σῶσει τῶν βασιλεῖ ἀσβεσον αὐτὸ πηρῶν.

Σιωτ-



nem non habet, sed sibi culpam imputare debet, quod credidit.

Si quis artificem manu vel oculo priuauerit, morte pœnam luit.

Qui grauissimo obnoxius delicto est, iubente Rege tondeatur, tanquam hoc extremæ sit ignominia.

Indis mortuis iungitur in rogam vxor ex omnibus dilectissima vnâ cremanda. Inter ipsas autem acerrimum certamen oritur, adiuuantibus quamlibet suis amicis, uti vincat.

## L A C E D Æ M O N I I.

Lacedæmonij non satis honestum ducunt, aliis operam nauare artibus, quam ad res bellicas pertinentibus.

Cibum omnes viri vnâ capiunt.

Senes quosuis omnes reuerentur, non secus ac parentes suos.

Ut viris sua sunt exercitia: ita sunt virginibus item sua.

Peregrinis Spartæ degere fas non est, nec Spartanum peregrè proficisci.

Vxoribus sui potestatem faciunt prolem suscipiendi ex pulcherrimis, tum ciuium tum peregrinorum.

Quæstum facere Spartanò indecorum.

Nominate vtuntur ex Corio. Quod si verò cõtingat aurum domi alicuius vel argentum deprehendi, morte pœnam luit.

Maxima omnibus hinc gloria, si se humiles & obedientes magistratibus suis præbeant.

Beatiores apud eos iudicantur, qui præclaram mortem oppetunt, quam qui in magna prosperitate viuunt.

Pueri ex lege quadam aram circumuolutes flagellantur, donec pauci ex iis reliqui, perdurantes sub flagris, coronas præmium auferunt.

Minus honestum censetur timidum aliquem, contubernalem vel Gymnasij socium, vel amicum sibi iungere.

De Senibus iudicium fit circa finem vitæ, qui nam ex iis bene, qui sequitur vitam suam traduxerint.

Quum exercitus educitur extra limites regionis, ignem incendit sacerdos, qui Pyrphorus, id est ignifer, dicitur, ab ara Iouis ductoris, quem à Rege non procul remotus præfert, inextinctum seruans.

bb 2 Ad-

Συμεικτέονται τῶ βασιλεῖ μάντις καὶ ἰατροί, καὶ αὐληταί, οἷς ἐν ταῖς μάχαις ἀπὸ σαλπύγων αἰεὶ χροῖται, μέχρονται δὲ ἐσεφαναμήριοι.

Ἰπανίστανται ἢ βασιλεῖ πάντες, πάλω ἐφόρον. Οὐμνύει τε παρὰ τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεύς, καὶ τοὺς τῆς πόλεως νόμοις βασιλεύειν.

## ΚΡΗΤΕΣ.

Κρήτες παρῶσι Ἑλλήων, νόμοις ἔχον Μίνως θεμηίου, ὃς καὶ παρῶτος ἐθαλασοκράτισεν. παροσεπιείπε δὲ Μίνως παρὰ τῷ Διὸς αὐτὸ μίμηθικέναι, διὸ ἐνεία ἐτῆρ' εἰς πῶρος φοιτῆρ', ἐν ᾧ Διὸς ἀντρον ἐλέγετο, κακεῖθεν αἰεὶ πινά νόμοις φέρον τοῖς Κρησί. Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ὀμήρου, ἐν οἷς λέγει.

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσῶς μεγάλη πόλις, ἐνθα Μίνως γε.

Εἰνέωρος βασιλεύει, Διὸς μεγάλοιο ὀχευῆς.

Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι, καὶ θῆρας καὶ δρόμοις ἀνάνταις ἀνυπόδυτοι κατανούοντες, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐπιπονοῦντες, ἡ πῆνα παρῶτος εὖρε Πυρρίχης κινδυνιάτης Κρής τὸ γένος.

Συοσιτοῦσι δ' ἐν κοινῷ οἱ ἄνδρες, τὴν αὐτὴν δίαταν ἔχοντες ὄξισου πάντες.

Δῶρα δὲ αὐτοῖς ὄξιν ὄπλα πμῶτατα.

## ΑΥΤΑΡΙΑΤΑΙ.

Αυτάριαται τοὺς ἀδυνάτους τῆν στρατιωτῶν ἐν ταῖς ὀδοιπορίαις ἐδέποτε ζῶντας ἄπολείπυσι.

## ΤΡΙΒΑΛΛΟΙ.

Τριβαλλοὶ τέτταρος φάλαγγας ἐν ταῖς μάχαις ποιοῦνται, τὴν παρῶτην τῆν ἀδενῶν, τὴν ἐχομήλιον τῆν κερατῆσαν, τὴν τρίτην τῆν ἰππέων, τελευταίαν τὴν πῶν γυναικῶν, αἱ αὐτοῖς εἰς φυγὴν τρεπόμενοι καλοῦσι βλασφάμοῦσαι.

## ΚΑΥΣΙΑΝΟΙ.

Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γηνομήριους θρηνῶσι τοὺς δὲ τελευτήσαντας μαχερίζουσι.

## ΚΙΟΙ.

Κίοι τοὺς ἄποθανόντας κατακαύσαντες καὶ ὀσολογήσαντες ἐν ὄλμω  
τά

Adiunguntur autem Regi in bellum eunti Vates, medici, tibicines. Nam tibiis in bellis vice tubarum vtuntur. Pugnantes autem coronis ornantur.

Regi assurgunt omnes praterquam Ephori. Iurat autem Rex antequam regnum adeat, Imperaturum se iuxta leges Reipublicæ.

## CRETENSES.

Cretenſes primi inter Græcos leges habuerunt, à Minoe Rege conditas, qui & primus maris imperio potitus eſt. Fingebat autem Minos ſe à ipſo Ioue didiciſſe, quod per annos nouem ad montem quandam commearer. Vbi antrum Ioui ſacrum erat, à quo reuerſus ſemper leges aliquas Cretenſibus attulit. Cuius meminit Homerus ſuis verſibus, quorum hæc ſententia:

Inter illas eſt Gnoſſus vrbs magna, vbi Minos

Nouem annis imperauit, qui Iouis magni confabulator erat.

Cretenſium pueri in vnum publicè congregantur, ibique vna duriter educantur, & venationibus dediti per accliuia nudis pedibus diſcurrunt, & armati ad ſalutationem Pyrrhicham dictam magno labore aſueſcunt, cuius inuētor fertur fuiſſe Pyrrhichus Cydoniates, genere Cretenſis.

Viri autem ſimul in publico cibum capiunt, eadem viſus ratione æqualiter omnia iſtis præbentur.

Dona apud iſtos plurimi æſtimata, ſunt arma.

## AUTARIATÆ.

Autariatæ milites per viam ægros imbecillèſque factos, in viuis nunquam relinquunt.

## TRIBALLI.

Triballi quatuor Phalanges ſeu ordines in acie inſtruunt: Primam Phalangem faciunt imbecillium: Alteram ab ea fortiffimorum quorumque: Tertiam Equitum: vltimā mulierum, quæ reliquos in fugam verſos conuiciis ſiſtunt.

## CAVSIANI.

Cauſiani eos qui in lucem eduntur, deplorant; qui autem è vita excedunt, eos beatos iudicant.

## C II.

Cij mortuos quum cremarunt oſſa eorum colligunt, quæ in  
bb 3 mor-

τὰ ὄσα καταπίσκειν, εἴτα ἐνδέντες εἰς πλοῖον, καὶ κόσκινον λαβόντες ἀναπλέουσιν εἰς πέλαγος, καὶ πρὸς τὸν αἰέμον ἐξοδίζουσι, ἄχρις αὐτὰ πάντα ἐκφυσιθῆ καὶ ἀφανῆ γήνηται.

## ΤΑΤΡΟΙ.

Ταῦροι Σκυθικὸν ἔθνος, πῆς βασιλεῦσι τοῖς δυνουσάτοις τῶν φίλων συγκατατάσσουσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθανόντος φίλου, ἢ μέγας ἢ τὸ ὅλον ἀποτέμνει ὠπὸν, πρὸς τὴν ἀξίαν τὴν τελευτήσαντος.

## ΣΙΝΔΟΙ.

Σινδοὶ ποσούτοις ἰχθῆς ἐπὶ τοῖς τάφοις ἐπιβάλλουσιν, ὅσοις πολεμίους ὁ διαπτόμενος ἀπεκτονῶς ἤ.

## ΚΟΛΧΟΙ.

Κολχοὶ τοῖς τελευτήσαντας ἐτάπνυσιν, ἀλλὰ κρεμῶσιν ἀπὸ δένδρων.

## ΠΑΝΗΒΟΙ.

Πάνηβοι Λίβυες, ἔταν αὐτοῖς βασιλεὺς ἀποθάνῃ, τὸ μὲν σῶμα κατορύττουσι, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀποκόψαντες, ἢ χυσιώσαντες ἀναπθέασιν ἐν τέρφῃ.

## ΤΕΛΟΣ.



mortario contundunt. Tum in nauigium imponentes in altum nauigant, vbi per cribrum ea ad ventos dispergunt, donec omnia difflantur & euaneſcunt.

## TAVRI.

Tauri, Gens Scythica, vnà cum Regibus mortuis gratiſſimos quoſque eorum amicos humare ſolent. Rex verò quum amicum aliquem morte amittit, aut partem auriculæ, aut totam eam abſcindit, prout dignitas amici mortui merebatur.

## SINDI.

Sindi quum quenquam ſepeliunt, tum quot hoſtes in vita occiderit, totidem piſces, eius ſepulcro iniiciunt.

## COLCHI.

Colchi vita functos non humi ſepeliunt, ſed ab arboribus ſuſpendunt.

## PANEBI.

Panebi Libyes mortuo Rege corpus reliquum terra condunt: caput autem trunco amputatum inaurantes in ſacris ſtantuunt.

F I N I S.



The first part of the book is a preface  
 in which the author explains the purpose  
 of the work and the manner in which  
 it has been written. The second part  
 contains the main body of the text,  
 which is divided into several chapters.  
 The third part is a conclusion in which  
 the author summarizes the main points  
 of the work and offers some final  
 thoughts. The fourth part is an index  
 of the names and subjects mentioned  
 in the text.

INDEX



173-6

17